Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

**Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

rificaui su-
per terram o-
pus consu-
maui quod
dedisti mi-
chi ut face-
rem. Et n-
unc clarifi-
ca me tu
pater apud
temetipsum
claritate
quam habui
priusquam e-
mundus fi-
eret apud te.

et initium finium
cum eo reliqua mun-
di elementa senserint.
ad omnis dominum in cru-
ce pendentis terra in-
tremuit. cum quem
moriturus erat
inter se contestata
non cepere. proclamat
centurio. Vere dei
filius erat iste. pre-
dictionem consentit
effectus. Nunc dicat.
clarifica filium tu-
um. non solum no-
mine contestatus
esse se filium. sed et
proprietate quia dicit tu-
um. Multi enim
nos filii dei. sed non
talis hic filius. Hic
enim proprius et uerus est
filius. origine. non
adoptione. ueri-
tate. non nuncupa-
tione. natiuitate.
non creatione. Er-
go post clarificati-
onem eius. ueri-
tatem confessio con-
secuta est. Iam ue-
rum dei filium cen-
turio confitetur. ne quis credentium in
ambigat. quod aliquis persequentium non
negauit. Aug. Sed si passione clarificatus
dicitur. quanto magis resurrectione. Iam in
passione magis esse humilitas quam claritas
commendatur. Quod ergo ait. Pater uenit hora
clarifica filium tuum. sic intelligendum
est. tamquam dixerit. Venit hora seminande
humilitatis. fructum non differas clarita-
tis. Hylar. Sed forte infirmus reperietur

filius. dum clarificationem potioris expec-
tant. et quis non patrem potiorem confitebi-
tur. cum ipse dicat. pater maior me est. Sed
cauendum est ne apud impios gloriam filii
honor patris infirmet. Nam sequitur. Ut fi-
lius tuus clarificet te. Non ergo infirmus
est filius. qui eam clarificationis ipse cum
clarificandus sit. redditurus. Ergo ex-
postulatio clarificationis dande inuicemque
reddende. eandem in utroque ostendit diuini-
tatis uirtutem. Aug. Merito autem queritur
quomodo patrem clarificauit filius. cum sempi-
terna claritas patris nec diminuta fuit in for-
ma humana. nec augeri potuit in sua per-
fectione diuina. sed apud homines minor erat.
quando in iudea tantum modo deus notus erat. Quia
non per euangelium christi factum est ut pater innotesce-
ret gentibus. patrem clarificauit et filius.
Dicat ergo. clarifica filium tuum ut fili-
us tuus clarificet te. ac si diceret. Resuscita
me. ut innotescas toti orbi per me. Dein-
de magis pandens quomodo clarificet patrem fi-
lius. subiungit. Sicut dedisti ei potesta-
tem omnis carnis ut omne quod dedisti
ei det eis uitam eternam. Omnem carnem
dixit omnem hominem. a parte totum
significans. Hoc autem quod potestas christo a patre
data est omnis carnis. secundum hominem intelli-
gendum est. Hylar. Caro enim fructus ipse
uite eternitatem erat caducis et corporeis
et mortalibus redditurus. Hylar. Hec ac-
ceptio potestatis sola est significatio nati-
uitatis in qua accepit id quod est. Non est infir-
mitati datio deputanda. cum in eo signi-
ficetur pater esse quod dedit. et in eo filius deus
maneat. quod uite eterne dande sumpse-
rit potestatem. Crisostomus. Dicit autem. Dedi-
sti ei potestatem omnis carnis. ut osten-
dat quod non ad iudeos solos sua predicatio.
sed ad totum orbem terrarum extendetur. Sed
quid est quod dicit. omnis carnis. Non enim
utique omnes crediderunt. Et quidem quantum

aug. h. iii.

.iii. de trin.

.iii. de trin.

.ix. de trin.